



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Nulla re perturbata. 150

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

iniurijsque malè affecto, eandem illi esse constantiam vidimus, neque si exteriora verterentur omnia, intus quicquam mutabatur. Ea que re tandem & corpus assuefecit, vt, quoad eius fieri posset, traheret colorē, quem ratio, non imperus, suafisset. Ægrè olim in lectulo iacebat; cūm monuit fortè Medicus, ne tristi se cogitatione cōfunderet. 150 Collegit animū: subductis que calculis, considerare cœpit, vllane re inquietari posset? Reperit vnicam: &, quid, si quo, inquit, infortunio Societas labefacta corrueret? Ea se vnà clade hactenus sēsit cōmotū iri: vt inter quartā horæ partē, si precari cōtigisset, ad animi quietem reditur^o sibi videretur: etiamsi in vmbre modum ea vanesceret: dū ne quàm ipse caussam præbuisset. Quod quàm moderati animi sit, in prōptu est cuius cognoscere.